



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

Tentationum victoria nos sanctorum coronam obtinere. Cap.6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

corum, dum nos ab hostiis rabies liberas sanctificatus es in nobis, sic & in conspectu nostro.] dum eos viceris manu nostra, manu scilicet imbecilla [magnificaberis in eis.] Magnificatur itaque Dominus in hostiis nostris, id est, magnus & excellus ostenditur, quoniam hominem ex terra conditum, & infirmitate circumdatum, sic roborat, ut hostes fortissimos se importunè insequentes effugiat. Parum est hoc: ita roborat, ut eos hostes vicos in turpem, & timida fugam conuertat. Parum adhuc est istud: ut ipsos hostes homo sibi subiuget, atque ut mancipia bello capta suis viibus, ac anima profecti ui seruire faciat. In quo simul iustitia & miseratione conditoris eluet, qui hostes iniuste aduersus nos insurgentes duriter punit, & nos parta victoria in conspectu universorum extollit. Ad quod forte respiciebat Debora, quando canebat: Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitia Domini, & clementia in fortis Israël.] In hac Victoria, quam de hostiis nobis infestis accipimus, narrantur iustitia Domini, quoniam eos non per corporis robur, sed per animi iustitiam vincimus. In aliis enim gentibus, ut ait Origenes, qui corporis robores fortiores sunt, illi potentes dicuntur in prælio: In Israël vero, hoc est, in bonorum populo, qui iustiores sunt, ipsi potentiores dicuntur in bellis: quia iustitia etiam viribus infirma sit, vincit: iniustitia vero, eti multos & validos pugnatores habeat, superatur.] Narrantur etiam iustitia Domini, quoniam hostes in nos insurgentes castigat propter molestias, quas nobis intulerunt: non tamen obliuionis tradantur clementia in fortis Israël. Nam vicos Israël, id est, iustos clementer recipit, benignè suscipit, largiter præmiatur, ut de suis victoriis in æternum exultent.

Iam si quis est amator Dei, & diuinæ gloria cupidus, quā ardenter victoriam hostium concupiscet? Quā strenue cuique tentationi insurgenti resistet, ne ob suam negligentiam, hanc gloriam verè magnā inimici surripiant? Si gloriosum est cum vincentibus vincere, cum expugnantibus arcem hostium, eam fortiter expugnare, cum bellantibus ob gloriam regis terreni, bellare, & manus conserere, & gloria comparandæ diligenter insistere, quā glorioius erit, aque præstantius cum expugnatoribus regni coelestis dæmonem, mundum, & carnem vincere, & glorificatione Domini cooperari? Magna gloria est, esse instrumenta gloriae Dei, & vt, quasi digito signari possimus, quōd laudes Domini operibus sanctis prouteximus, & nostra fidelitate, qua, ob amorem eius, aduersarii resutimus, ipsius gloriam in cordibus hominum cumulauiimus. Nam li gloria est terreni regis alicum ita habere fidelem, & delicias mundi, & honores, ac opes contemnam, ne vel in modico regi displiceat, Dominus etiam pro gloria habet, quōd iusti omnia terrena despiciant, & inimicos ea tentatione offerentes irrideant, ne vel tantillum à lege ipsis imposita, & à Domini voluntate discedant. An Dominus labores, & victorias suorum, quibus glorificatur in eis præmio, ac mercede vacuas dimittet? Nullo modo. Immò, ut est in Zacharia: In die illa, dicit Dominus percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiam: & super dominum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcitatem.] Vide iterum illud impletum: Ibi narrantur iustitia Domini, & clementia in fortis Israël.] Nam iustitia Domini sunt, quōd ascensorem equi, id est diabolum in amentiam verrit, qui quasi amens præfurore redditur, dum nihil aduersus iustos proficit, & omnem equum, id est,

A omnes eius ministros percutit stupore & cæcitate, quia stupent vidētes humanam imbecillitatem tantæ potentiae resistere; & manifestè delirant arque cæciunt, dum volunt, quos Deus tuetur deiicere, & quos defendit, superare. Esta autem clementia in fortis Israël, quōd super eos aperit Dominus oculos suos, ut eos in tentatione protegat, & post tentationem viçtam præmio semper duraturo. corū in vincendo labores exoluat. Audi tamen adhuc clementiam Domini in fortis Israël. Stillabunt, inquit Prophetæ, montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt.] Montes & colles, (quod alio loco diximus) iusti sunt. Horum autem fertilitatem quidnam præcedit? Certè illud: Ecce dies venient, & comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen.] Hæc omnia non aliud significant in proposito, quā tentationum sustinentiam, quibus terra nostri cordis exercetur, proscinditur, atque calcatur, ut fructus æternæ vita fructificet. Si ergo ut terra bona, & optima semen diuinæ inspirationis accipimus, & tentationibus, ac pressuris culti non peccatorum sterilitate respondemus, sed fructus virtutis ferimus, tunc dulcedinem diuinæ consolationis stillabimus, & ut colles bene culti, pulchri & formosi in conspectu Domini apparebimus. O clementiam conditoris nostri in fortis Israël, qui eos tentationibus proscindit & calcat, non quidem ut hostium peribus proteruantur, non ut gladiis temptationum vulnerantur, sed ut ex humiliacione ad gloriam, & ex iœtu hostis ad sanitatem perueniant! Quorum sanitas, & exaltatio tota cedit in gloriam eius, qui post tempestatem tranquillum facit, & post lacrymationem & fletum, exultationem infundit.]

Amos 9.
13.

Ibid. 12.

Tobie 3.
22.

Tentationum Victoria nos Sanctorum coronam obtinere.

C A P V T . VI.

 M E S quotquot in hac mortalitate verfamur, pacem, cupimus, requiem optamus, molestias ac perturbationes fugimus, & nemo est, qui non ad brauium & coronam aspiret. Insitus namque nobis est à natura beatitudinis amor, siue in hoc, siue in alio sit posita, quam ut nostrum appetitum satiantem, apprehendimus, & ideo non in bello, sed in pace, non in moru desiderij, sed in requie possessionis eam collocatam, esse putamus. Hoc autem est inter sapientes & insipientes, id est, inter bonos maloque discrimen, quod hi in requie & tranquillitate falsa, illi vero in vera atque secura, quam nullus euentus succidit, nulla vis impugnationis intermit, felicitatem inquirunt. Impij fallaci opinione delusi, ac rerum visibilium amore decepti, intra semipilos non semel dicunt: Beatum populum, cui haec temporalia adsunt:] At iusti supernaturali luce eruditæ pronunciant: Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.] At Deus beatitudo, ac corona iustorum eadem via obtainendus est, qua iusti ac sancti viri cum obtinerunt, & ad eius regnum, in quo ipse se animabus sanctis ostentat, felicitate proferunt. Ecce ego facio nova, ait Dominus, & nunc orientur, utique cognoscetis ea: ponam in deferto viam, & in inuio flumina.] Operuit ille antiquas viatorum vias, per quas homines tendebant in barathrum, & noua beneficia in filios Adæ contulit, quæ in lege gratia, velut rosa pulchra & fuae olenates, exorta ab omnibus cognoscuntur. Ea vero quæ-

Psal. 143.
13.Psal. 143.
14.Ioh. 43.
19.

n. am

Zacharia
12. 4.Iudic. 5.
11.

sanctis proficit, & omnem equum, id est,

nam sunt? Certe quod in deserto huius mundi posuit beatitudinis viam, & eccliam semitam demonstravit, quam omnes sancti ac iusti traherunt, quam nos quoque ingredi debemus, si simile premium habere contendimus. Non errabimus autem si hanc viam, temptationum victoriam appellemus. Paulus enim ait: Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei:] & per eas intramus, quas per patientiam superamus, & per contemptum prosperitatum & aduersitatum evincimus. Et Dominus duobus illis discipulis Emauentem pergebatibus dixit: Nonne haec oportet pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Quia passiones vixit, & tentationes superatae sint ianua gloriae, ac regni celorum. Ioannes etiam in sua revelatione id clarissime manifestat. Hi sunt, inquit, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. Ex hac vero tribulationum accentuatione vitoria, quod emolumenitum reportaverint, subiungit, dicens: Ideo sunt ante thronum Dei, & seruunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos.] Tribulatio ergo magna nos ante Dei thronum inuicit, & lotio, ac dealbatio indumentorum nostrorum in sanguine Agni, quae temptationum sustinentiam significat: nam ea quotidie animas nostras magis ablit atque dealbat, nos in templo Dei, vbi ipsi seruamus, & eo perfrauimus, inducit. Ac proinde merito velum tabernaculi, quod ante arcum testamenti pendebat, ex purpura, coccōque bis timbro, & ex bysso retorta, atque hyacintho conficitur, quoniam pœna in purpura & bysso, & premia in hyacintho signata ita debent commisceri, ut pœna ad premium, & ex tribulatione ad gloriam transeamus. Gaudium natalis hominis, dolor partus præcedat neceps est; nam mulier cum parturit, tristitiam habet, quia venit hora eius, hora, inquam, in qua vita periclitatur, nisi natura vim doloris, & partus miseriae euincat, cum autem pepererit puerum, iam non meminit presul & propter gaudium. Bellum præcedit pacem, quietem motus, & serenitatem seuem tenebras: & uno verbo, labor via est, quia postea quietem, & in requie nos collocamus. Sic prorsus temptationem semita quidem est principio satis arcta & angusta, quae temporis succelus se aperit atque dilat, & nos ambulantes per eam, ipsamque pedibus conculcantes, & robore gratiae vincentes, in regno cœlesti constituit.

Iustos ergo, & sanctos omnes Dominus tentari permisit, ut per temptationum vitoriam, tanquam per eccliam viam in cœlum ascenderent. Qui dum in hac degunt mortalitate, non possunt cantare securi carmen Mariæ sororis Mosis: Cantemus Domino, glorię enim magnificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare.] Hoc enim canticum virgo illa post transitum omnino mare, & suffocatos hostes decantauit. Sancti vero, dum viuunt, nec maris transitum peregerunt, nec hostes suos penitus extinxerunt, & suffocatos viderunt, & ideo canticum obtinente omnino vitoriam decantare non valent. De his, qui iam obierunt, inquit Iob: Non audierunt vocem exactoris, id est, vocem tentantis diaboli, aut mundi, seu carnis ad malum trahentis, & consensem peccati, quasi vectigal exigentis. Qui autem in viuis adhuc sunt hanc exactoris vocem audient, iusti auitem erunt, si eam non exaudient, neque in malum obiectum sibi consentiant. Huius exactoris vox, id est, diaboli, inquit Gregorius, est tentatio misera suggestionis. Audimus autem vocem exactoris, cum eius temptatione pulsamur, sed non exaudiimus, si pulsanter resistimus. Audit enim qui temptationem sen-

A | tit, exaudit vero, qui temptationi consentit. Dicatur itaque de iustis, non exaudierunt vocem exactoris, quoniam suggestionem eius & si audiunt, quia tentantur, non exaudient, quia consentire coementant.] Pharaon filios Israhel fugientes & Aegyptum deserentes inseguitur, qui imago est aduersarij humani generis, na quos tenebras suas, & peccata sua fugere conspicit, iterum comprehendere & captiuare contendit. Nec quantumvis eum iusti fugiant, de vitoria desperat, sed licet videat domum cordis eorum scopus mundatam & ornatam, vadit, & assumit septem alios spiritus secundum nequiores se, vt si detur illis aditus, ingressi habent ibi. Quod Iob contemplans ait: Ecce absorbit fluvium, & non mirabitur: & habet fiduciam, quod influat Jordanis in os eius.] Per fluvium, vt Gregorius autumat, peccatores, & per Jordanem viros iustos intelligit: unde estas si dicat: Postquam peccatores deglutiunt, eorum stragem parvū penderit, nisi etiam iustos glutiat & deuoret. Malis quidem velut cibis sibi gratis libenter vescitur, ed bonos, quasi cibos suauiores & pretiosiores vehementius appetens, eos ut comedat, temptationibus, & impulsibus ad malum prouocantibus sibi parate conatur. Hos sape magis tentat, ut dextrum cornu Ecclesie, vbi plus est roboris, arque virtutis vehementius impugnet. Nec Bernardus id diffidetur explicans illud Psalmi: Cadent à latera tuo mille, & decem millia à dextris tuis.] Quod ait, si magnum illud Ecclesie corpus confiderat liber, facile satius aduertimus, longè acrius impugnari spirituales viros ipsius Ecclesie, quam carnales: qua nimurum duo eius latera dextrum sinistrumque puro, non inconuenienter accipimus. Agit hoc sanè superbus semper iniuria malitia, perfectioris quoque vehementius pulsans, iuxta illud: [Etsa eius eleæta.] Et iterum: Habet fiduciam, quod Jordanis influat in os eius.] Agit inquam, & si non sine certa diuini dispensatione consilij, quod quidem nec imperfectiores supra id, quod ferre possunt tentari permitit, faciens cum temptatione prouentum, & perfectioribus non modo gloriose, sed numerosiores parat ex hoste triumphos.] Tentantur itaque iusti, id ordinante diuina prouidentia, non vt cadant, sed vt de hoste triumphant. E | Lapidies viui sunt, ex quibus ciuitas cœlestis extrivit; quare in hoc mundo quali in lapidicina temptationibus, & aduersariorum iactibus poliuntur. Ipsa veri sunt Isaelites, non carne, sed spiritu, quibus promissio Abrabæ, & semini eius sublimiori sensu seruata est, quos Pharaon, id est diabolus, dum magis proficiunt, & magis a Domino visitantur, importunus aggreditur. Vident Dominus, & facit, arque diffimulat, ut gloriosius eos est captiuitate in libertatem, & seruitute in æternam dignitatem educat.

Persecutiones quidem tyrannorum transfierunt, & tortores, qui laerabant corpora nostra, cessarunt, & cum suæ crudelitatis instrumentis, sunt ipsi consumpti; at non cessauit necessitas, & obligatio pugnandi iis, qui cum martyribus similem adepti sunt immortali glorie coronam. Ac proinde merito illis dicit sanctus David: Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.] Timete, inquam, Dominum, quoniam timor Domini pellit peccatum,] ad quod temptationibus prouocamini. Timete Dominum, quia timor sanctorum non solum ob pœnam, sed etiam ob malum offendit vulnus a tentatore infligendum declinat. Timete Dominum sancti, quoniam timor sanctus ianua est amoris, que præcepis Dei patens, offendit autem eius semper clausa reperiatur. Non eos, qui persecutarentur usque in finem, timere hortamur, inquit Ber-

Exodi. 14.5.

Lucas 11. 26.

Iob 40. 18.

Greg. 33. mor. c.6.

Psal. 90. 7.

*Bern. ser. 7. in Psal. qui habu-
tatis.*

Habac. 1. 16.

Iob 40.m. 18.

*Psal. 33. 10.
Eccl. 1. 9. 27.*

Bern. fer.
5. omniū
Sanctorū.
Ep̄bes. 6.
12.

nardus, quia scriptum est: iam non erit timor in finibus nostris. Illis potius dicebamus sanctis, quibus custodia multiplex necessaria est pro multitudine periculorum. Siquidem non est illis colluctatio aduersus carnem & sanguinem tantum, sed aduersus principatus quoque & potestates, aduersus mundi reatores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae, in celestibus.] Egent planè custodia, qui tam multipliciter non modo cominus, sed eminus appetuntur: & ubi tot pugnae foris, non debent intus deesse timores.] Iustis ergo timendum est, quoniam nunc illis in hac vita securitas à tentatione est. Locum etiam quietis & pacis, permittente Domino, aduersarius spinis & tribulis seminat, ne animus securè dormiat, sed temptationum functionibus stimulatus, pauidus requiescat. Ideoque David ait: Uniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.] Nam in hac vita, que infirmitas & imbecillitas quarden est, stratum, id est, quietis in turbationem vertitur, dum etiam occulta & à negotiis libera, in quibus paulare solemus, impulsu aliquius temptationis turbantur. Et experimur illud quod ait Iob: Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius mactescere facit:] nam in loco quietis, & pacis temptationem sentimus, & ossa virtutum exiccati vento vrenti impugnationis pertimescimus. Ecce tortores licet non ita laui externo aspectu, ut illi corpora trucidabant, at multo magis importuni, quos hucvsque tolerat Dominus, & vixque in finem seculi tolerabit, ut iustis gloria coronam fabrefaciat. Quos animaduertens Leo Papa, elegantissime, ut solet, ad pugnam cum illis incundam instigat. Qui putas, inquit, quin perfecitionem, & nullum tibi cum hostibus esse confictum, in tumulum cordis tui scrutare secretum, & omnes recessus animae tuae diligens explorator ingredere, & vide si nulla te impugnat aduersitas, si nullus tyranus vult in mentis tuae arce dominari. Noli cum auaritia pacem firmare, & iniquorum quaestuum incrementa contemne. Superbie concordiam nega, & magis time in gloriam fuscipi, quam in humilitate calcari. Dislocare ab ira, ne dolorem inflammet inuidia, cupido vindictæ. Renuntia voluntati, auerre ab immunditia, pelle luxuriam, fuge iniquitatem, omite falsitatem, & cum videris te multipli cō habere pugnam, tu quoque imitator martyrum, numerosam quæ victoram.] Hos aduersarios saepe sentimus, & in pace corporis positi à bello mentis non cessamus, quia necesse est ad præmium victorum accipendum, ut prius pugna & lucta probemur.

Sancti itaque omnes tentati sunt, & quia sancti, non vici, & quia non vici, corona donati. Quare temptationum victoria eos in cœlum extulit, & in æternæ corona possessionem inuxit. Nos igitur eandem ingrediamur viam, ut post adeptas glorioas de hoste victorias, cum ipsis pariter coronemur. Vanus puerorum timor & mulierum pusillanimitas, qua statim fugient atque succumbunt, fortium coronam non obtinet, & præmia eorum, qui fortiter dimicant & tandem vicent, vicius à diabolo, & impetu aliquius peccati prostratus non arripit, sed sempiternam sibi infamiam coemitt. Quomodo Apostoli exaltati sunt: Vincentes diabolum, idolatriam destruentes, fidem disseminantes. Quomodo martyres coronati? In fide perseverantes, & principes terra ac eorum tormenta contempnentes. Quomodo pontifices & doctores laudati? Magna, immo incredibilia pro gloria Domini aggredientes, & humanam fragilitatem superantes. Quomodo confessores & anachoreta sanctificati sunt? Superbiā iridentes, ambitionem conculcantes, & inter homines Ange-

Psal. 49.
11.4.

Iob 33. n.
19.

Leo. fer.
de Ma-
chabaeis.

nardus, quia scriptum est: iam non erit timor in finibus nostris. Illis potius dicebamus sanctis, quibus custodia multiplex necessaria est pro multitudine periculorum. Siquidem non est illis colluctatio aduersus carnem & sanguinem tantum, sed aduersus principatus quoque & potestates, aduersus mundi reatores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae, in celestibus.] Egent planè custodia, qui tam multipliciter non modo cominus, sed eminus appetuntur: & ubi tot pugnae foris, non debent intus deesse timores.] Iustis ergo timendum est, quoniam nunc illis in hac vita securitas à tentatione est. Locum etiam quietis & pacis, permittente Domino, aduersarius spinis & tribulis seminat, ne animus securè dormiat, sed temptationum functionibus stimulatus, pauidus requiescat. Ideoque David ait: Uniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.] Nam in hac vita, que infirmitas & imbecillitas quarden est, stratum, id est, quietis in turbationem vertitur, dum etiam occulta & à negotiis libera, in quibus paulare solemus, impulsu aliquius temptationis turbantur. Et experimur illud quod ait Iob: Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius mactescere facit:] nam in loco quietis, & pacis temptationem sentimus, & ossa virtutum exiccati vento vrenti impugnationis pertimescimus. Ecce tortores licet non ita laui externo aspectu, ut illi corpora trucidabant, at multo magis importuni, quos hucvsque tolerat Dominus, & vixque in finem seculi tolerabit, ut iustis gloria coronam fabrefaciat. Quos animaduertens Leo Papa, elegantissime, ut solet, ad pugnam cum illis incundam instigat. Qui putas, inquit, quin perfecitionem, & nullum tibi cum hostibus esse confictum, in tumulum cordis tui scrutare secretum, & omnes recessus animae tuae diligens explorator ingredere, & vide si nulla te impugnat aduersitas, si nullus tyranus vult in mentis tuae arce dominari. Noli cum auaritia pacem firmare, & iniquorum quaestuum incrementa contemne. Superbie concordiam nega, & magis time in gloriam fuscipi, quam in humilitate calcari. Dislocare ab ira, ne dolorem inflammet inuidia, cupido vindictæ. Renuntia voluntati, auerre ab immunditia, pelle luxuriam, fuge iniquitatem, omite falsitatem, & cum videris te multipli cō habere pugnam, tu quoque imitator martyrum, numerosam quæ victoram.] Hos aduersarios saepe sentimus, & in pace corporis positi à bello mentis non cessamus, quia necesse est ad præmium victorum accipendum, ut prius pugna & lucta probemur.

A

lorum more viuentes. Quomodo virgines coronam adeptæ? Carnem domatæ & facultatibus responetes. Et nos more lepusculorum in fugam versi, & voce tantum hostis exterriti, & primo eius congressu calcati ad illorum gloriam perueniemus, & victorum fertis coronabimur? Quis tantam stultitiam non cum indignatione audiat, aut potius, quis tales provocat audire sustineat? Dics sæculi à vesperi incipiunt, & in manè finiuntur: factumque est vesperè & manè dies unus:] quia vesperam temptationis à nobis vicit, aurora corona sequitur, & post pericula nobis serenitas demonstratur. Nisi præcesserit pugna, inquit Cyprianus, non potest esse victoria, cum fuerit in pugna congressione victoria, tunc datur vincentibus & corona. Nam gubernator in tempestate dignoscitur, in acie miles probatur. Delicata iactatio est, cum periculum non est: conflictatio in aduersis, probatio est veritatis. Arbor, quæ alta radice fundata est, ventis incumbentibus non mouetur: & nauis, quæ forti compage solidata est, pulsatur fluctibus, nec foratur: & quando area fruges terit, ventos granata fortia & robusta contemnunt, inanes paleæ natu portante rapuntur. Sic & Apostolus Paulus, post naufragia, post flagella, post carnis & corporis multa & grauiâ tormenta, non vexari, sed emendari sedicit in aduersis, vel dū grauius affligitur, verius comprobetur. Datus est mihi, inquit, stimulus carnis meæ, Angelus Satanae, qui me colaphizet, ut non extollas: propter quod Dominum terrogiavi, ut discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.] Quando ergo infirmitas, vel imbecillitas, & valetas aliqua grastatur, tunc virtus nostra perficitur: tunc fides, si tentata persistit, coronatur; sicut scriptum est: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.] Vide quantis, & quam apud similibus Beatis simus hic pater, & sanctissimus martyris ostendat, temptationum suffientiam atque victoriæ iter esse ad consequendam, atripiendamque coronam! Omnia enim, tum natura genita, tum arte confecta primum laborant, postea quietescunt; principio contrariis resistunt, deinde vincunt; tandem gaudio victoriae perfruuntur: & idem in operibus gratia ordo modis seruat. Labora itaque ut in fine quiescas, resistere vitiis, & impugnationibus diaboli, & omnium aduersariorum animæ te constanter oppone, ut resistendo, & contranitendo victoriæ obtineas, & ex victoria ad præmia victoribus destinata peruenias. Absurdum est enim, & planè ignominiosum inter laborantes ocari, inter perseverantes fugere, inter stantes occumbere, inter fidelitatem servantes à Deo desiscere, & fidem non esse, & cum laborantibus, perseverantibus, & stantibus, velle post turpem fugam, & infamem coram hostibus casum, ab agonotheta coronari.

B

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

Gen. 1.5.

Cyprian.
de mor-
talit.

2. Cor. 12.
n.7.

Eccle. 27.

Hominem ad temptationum victoriæ
a Deo, Angelis, & Sanctis
iunari.

C A P V T . V I I .

 N bellis visibilibus atque terrenis, multi victorum gloriam, & fortium præmia considerantes, victoria desideris accenduntur, sed propria imbecillitate pressi, & viribus aduersariorum exterriti, & aliorum auxilio destituti, ab eo, quod cupiebant, aggrediendo

desi